Roboratio Chirographi p[er] Dzik Palatino Russiæ dati.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Praemislien[sibus] Generosus Stanislaus Dzik Generosi Alberti Dzik filius, sanus mente et corpore existens; a Terris, districtibus, iuribus, iuris-dictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: huicque Actorum Castren[sium] Capitan[ealium] Praemislien[sium] Officii iurisdictioni sese suosque successores ac bona sua quaevis, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia se et suos successores, ac et super bona sua quaevis, ac summis pecuniarijs ubilibet et quomodolibet habitis, Illustri et Magnifico Stanislao Comiti in Wisnicz Lubomirski Palatino Terrarum Russiae, Sendomirien[si] etc. capitaneo, inscribit et obligat praesentibus recognitionem certam manualem per se recognoscens eidem Illustri et Magnifico Palatino Terrarum Russiae, occasione quarumvis rerum et conditionum in ea contentarum datam, manu sua propria subscriptam et sigillo communitam, in omnibus conditionibus punctis, clausulis, articulis, et rebus quibusvis contentis, totaliter in toto et parte tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare, eidemque modo promisso toties quoties opus fuerit satisfacere: recognitionemque praedictam ad inferiorem praesentem et inferiorem praesentem ad praedictam recognitionem in toto vicissim referendo. Idque sub vadio Mille Septingentorum florenorum pecuniae Polonicae per eundem recognoscentem Generosum Stanislaum Dzik, ob non completionem promissorum Illustri et Magnifico praefato Palatino Russiae toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo promisso succubito, pr[aeten]de-

praetende ac et praelibata principali citatus idem Generosus Stanislaus Dzik recognoscens aut eius successores ad instantiam praedicti Illustris et Magnifici Palatini Russiae, ipsiusque successorum ad Officium Actaque praesentia Castren[sia] Praemislien[sia] extunc vesse suppono quoad respondendum spectat mediante, in primo citationis termino peremptorie stare, Iuri parere, inferiorem huic satisfacere, vadium praedictum luere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, sesque ac suos successores ad eadem omnia obligat: eundem terminum primum peremptorium, et alios consequentes causae eiusdem terminos suosque peremptorios vera infirmitate, praemaiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muniamenta ad exercitum, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo; ad quietationem vero praemissorum Officii praefati Castren[sis] Praemislien[sis] terminos dilationem sibi non recipiendo; nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo; praemissaque omnia per nihil simpliciter vel explicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, generaliter Terrarum, bello, conventionesque, non alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad promissa omnia mediante. 1634 28

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quarta post Festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto.

Pagowski germano suo donat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Nicolaus de Roxyce Pagowski olim Generosi Danielis de eadem Roxyce Pagowski Filius, Oppidi Rybotycze villarum eo pertinentium haeres; sanus mente et corpore existens: à Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo: huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni, quoad actum praesentem attinet, se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporans et subiiciens, palam, liberè, publicè ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria inscripta, videlicet sortes totas et integras in villis Pagow, Turesia, Szady, Olesno in Palatinatu Siradiensi et districtu Radomscensi consistentibus iacentes, in se recognoscentem per praefatum olim Generosum Danielem Pagowski Parentem suum, iure divino et naturali successione inter alios consuccessores devolutas, sibique recognoscenti iure successionis servientes: cum omni praeeminentia iure, Dominio et proprietate tituloque haereditario, cunctisque et singulis bonorum praefatorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus, attinentiis et pertinentiis quibuslibet universis, nullis penitus exceptis et exclusis, sed omnibus in genere, et singulis in specie consistentibus, generaliter pro speciali et è contra in nullo derogantibus, prout ita latè longèque circumferentialiter, prout praefatarum sortium haereditates in suis metis et limitibus extendit, et porrigitur, et prout easdem ipsemet recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem serviebant: Jam ex nunc et de facto Generoso Andreae de Roxyce Pagowski, fratri suo germano eiusque posteris,

dedit

dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout praesentibus dat donatque titulo puro, mero, perpetuo et irrevocabili donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum. Et iam ex nunc ac de facto praefatus recognoscens Generosus Nicolaus de Roxyce Pagowski praedicto Generoso Andreae de eadem Roxyce Pagowski, fratri ac donatario suo eiusque posteris coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque Regni Generalem et Nobiles duos quoscunque voluerit officiose acceptandum, per ipsum Donatarium suum eiusque posteros bona praedicta, praesentibus per se recognoscentem resignata tenendum, habendum, possidendum, illisque pacificè et quietè utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quomodolibet beneplacitos liberè et effectualiter convertendi iure ac titulo haereditario. Debetque et tenebitur praenominatus recognoscens Generosus Nicolaus de Roxyce Pagowski, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis praedicto Generoso Andreae Pagowski fratri et donatario suo eiusque posteris inscribit et obligat praefatum ipsum et successores eius in eisdem bonis praefatis per se recognoscentem donatis, et iure eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumvis personarum, cuiusvis conditionis, status ac sexus existentium, ex re propria et actione sui recognoscentis suorumque successorum in quovis Judicio et Officio Regni exorientibus, toties quoties opus fuerit, per omnes processus Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet processio, tueri, defendere, evincere, intercedere et liberare, indemnesque cum posteris reddere. Nec non bona praeminuta praesentibus per se recognoscentem resignata, ab omnibus in genere iuribus, et

inscriptionibus prioribus et posterioribus, in eisdem bonis praefatis donatis
per se recognoscentem factis et faciendis, coram quovis Judicio et
Officio Regni: tum etiam a quibusvis Citantibus in eadem bona
resignata occasione sui recognoscentis impetitis et impetendis, huius
denique ac pluries, processibusque iuris quibusvis in quovis puncto
et gradu iuris dependentibus in quovis Judicio et Officio Regni ex
persona sui recognoscentis suorumque successorum obtentis et obtinendis in
eisdem bonis resignatis praedictis et praedicendis emundare et eliberare,
extradandaque et libera semper facere: ac etiam intromissionem praefatam
coram Officio praedicto admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus
per se recognoscentis donatorum, dum per Ministerialem et Nobiles certos
officiose requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem
libere et effectualiter dare et admittere, dataque et admissa eadem,
possessionem et Usumfructum praemissorum quovis modo tam per se, quam per
suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire, nec
adimere; ipsumque Donatarium suum et eius successores in dictis bonis
donatis tam in parte quam in toto non inquietari: ita ut eadem bona
praesentibus resignata, idem Generosus Donatarius suus suis cum posteris
quiete et pacifice praedictis sub inscriptionis Donationis vigore, tenere et
possidere queat, perpetuis et diuturnis temporibus. Idque sub da-
mnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis per
eundem recognoscentem Generosum Nicolaum de Rozyce Lygowski
sive eius successores, praedicto Generoso Andreae de eadem Rozyce
fratri et Donatario suo eiusque posteris, ob non completionem prae-
missorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem

Damnis

Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis ac pro
aliqua puncto ex praemissis non completo, complendisque praemissis, Citatus
existens praenominatus recognoscens Generosus Nicolaus de Rozyce Ly-
gowski sive eius successores ad instantiam praedicti Generosi Andreae Ly-
gowski fratris et Donatarii sui, aut eius posterorum, ad Officium
Castrensem Capitanealem Petricoviensem, extunc recessu suppresso, quoad re-
spondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino
tamquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, damna praefacta
Terrestria simpliciter absque corporali iuramento taxanda luere, instanti
huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur, seque
ac suos successores ad eadem omnia obligat: eundem terminum pri-
mum peremptorium et alios omnes consequentes causis eiusdem terminis
semper peremptorios vera infirmitate, per maiori, minorennitate
successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari,
ad munimenta, ad Quietorem, vel aliis quibusvis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem ultra pri-
mos terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Petricoviensis dilatione
sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, earumque
prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tripli-
catis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, possessione Terrae,
bello, Conventioneque, nec aliis quibusvis Juris remediis ac
defensis non subterfugiendo. Hoc sua praedicta personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gecierska Judici Terrae Praemyslien:sis obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosa Catharina de Gredowce Consors relicta olim Generosi